



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De præpostera affectione & solicitudine: & quòd nulla in re præpostorè  
affici debeamus. cap. xxii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

voluntate agitata, variam ac multiplicem Vniuersitatis gubernationem comprobant: quippe cum rerum omnium author propriam cuique rerum generi ac distinctam quandam naturae structuram attribuerit.

Quod in cognationibus sunt parentes erga liberos, hoc rex erga ciuitatem est, & Deus erga mundum.

Nescis homo, quidnam tibi conducat. Itaque sapernumerò noxia & periculosa petis. At ille, qui maiorem, quam tu, salutis tuae curam gerit, non ad petitionem tuam animum attendit, sed ante petitionem id quod ex utilitate tua est, ubique circunspectit. Nam cum carnales patres petentibus filiis non omnia tribuant, non quod potentes contemnunt, sed quod maiori eorum cura afficiuntur, multò magis eodem modo se gerit Deus, ut qui & vehementius nos amet, & id quod nobis expedit, exploratius, quam Vniuersi mortales, habeat.

Didymi.

Ille rerum omnium architectus, omnium eorum, que ratione vntuntur, arcana perspexit habens, rebus omnibus proficit, ac non eorum duntaxat, quorum emendationem praeponit.

Deus omnia pro sua bonitate fabricatus, rerum omnium curam gerit: non eorum, quibus proficit, dignitatem intuens, sed suam ipsius misericordiam, ac bonorum largitionem.

De prepostera affectione & sollicitudine: & quod nulla in re prepostere affici debeamus. C A P. X X I I .

H

Cant. 5.

Go dormio: & cor meum vigilat.

Mat. 6.

Solicitude præmaturam senectutem affert.

1. Cor. 7.

**F** Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis aut quid bibatis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plusquam vestimentum? Respicie volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & Pater vester cœlestis pascit illa, &c.

Tempus breve est. Reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui flent, tanquam non flentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vntuntur hoc mundo, tanquam non vntantur. Præterit enim figura huius mundi.

Nili.

Cant. 2.

Iob. 15.

Perfecti animi est cura vacare: impij autem, curis obteri. Etenim de perfecto animo dictum est, Lignum est in medio spinarum. Hoc autem curarum vacuitatem significat. De ipsis autem, quos ingens rerum huius vita cura afficit, Scriptura dicit, Omnis vita impia in sollicitudine est.

Animo ab immodico affectu libero facultates suas quemque administrare oportet, atque oberto aliquo detimento non stomachari & agere ferre, atque acquirendi cupiditate flagrare. Siquidem Dominus nos ab immodico possessionum amore, ac prepostero omni affectu abscedere iubet.

K

De Prophetis, qui cedens admiserunt, ac Deo placuerunt.

C A P. X X I I I .

Exod. 32.

**T** E T I T Moyses in porta castrorum, & ait, Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregati sunt ad eum omnes filii Leui: quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israël, Ponat vir gladium super femur suum: ite & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Feceruntque filii Leui iuxta sermonem Moysei, cecideruntque in die illa quasi viginti tria milia hominum.

Phinees,